



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo omnia dicuntur esse in Deo & vita in eo. E. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Quare omnia dicantur esse in Deo, & quod factum est
habet vitam in eo.*

*Tom. 3. lib.
5 de Genesi
ad litteram
cap. 185. in
principio.
Ibid. paulo
inferius.
Iacobi 1. c.*

Joan. 1. a

Propterea omnia dicuntur esse in Deo, & fuisse ab eterno. Vnde Aug super Gen. Hæc visibilia, inquit, antequam fierent, non erant. quomodo ergo nota Deo erant, quæ non erant: Et rursus, Quomodo ea faceret, quæ sibi nota non erant: non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognovit. Proinde antequam fierent & erant, & non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sui natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quam illo quo ea nouerat, ut faceret: apud quem non est transmutatio, nec visibilitudinis obumbratio. Ecce hic habes quod hæc visibilia antequam fierent, in Dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, & omne quod factum est dicitur vita esse in ipso: non in deo quod creatura sit creator, vel quia ista temporalia essentialiter sint in Deo: sed quia in eius scientia semper sunt, quæ in vita est.

Quod eadem ratione dicuntur omnia ei presentia:

*Amb. ca. 8.
li. 5. de fide
non longe à
principio.
Roman. 4.*

*Aug. versu
12. Psal. 49
Tomo. 8.*

Inde est etiam quod omnia dicuntur ei presentia esse, non solum ea quæ sunt, sed etiam ea, quæ præterierunt, & ea quæ futura sunt: secundum illud, Quivocat ea, quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Quia ut ait Ambrosius in lib. de Trinit. ita cognoscit ea, quæ non sunt, ut ea quæ sunt. Et hac ratione omnia dicuntur esse in eo, vel apud eum, siue ei presentia. Vnde Aug. super illum locum Psalm. Et pulchritudo agri mecum est: Ideo, inquit, mecum est, quia apud Deum nihil præterit, nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura, & ei non detrahuntur iam præterita, cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientiae Dei. Ecce hic aperit Aug. ex qua intelligentia accipienda sint huiusmodi verba, omnia sunt presentia, in Deo sunt omnia, vel cum

est
E
Te ab
quit,
nora
modo
cquã
ouit.
rant.
Ipli
tuis-
re fa-
risif-
hæc
t. Ex
om-
oni-
mpo-
sciẽ.
a: P
sẽ.
pra-
llud,
Quia
it ea
mnia
ntia,
ritu-
quia
t. Cũ
ram
uadã
g. ex
ver-
i, vel
cum

eum Deo, vel apud Deum, vel in eo vita, quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

VTRVM CONCEDENDVM SIT, OMNIA ESSE
se in Dei essentia, vel in eo per essentiam: vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione vel presentia.

DISTINCT. XXXVI. A

SOLET hic quæri: cum omnia dicantur esse in Dei cognitione seu presentia, vel in Deo per cognitionem, & eius cognitio vel presentia sit diuina essentia: vtrum concedendum sit, omnia esse in diuina essentia, vel in Deo per essentiam? Ad quod dicimus quia Dei cognitio eius vtrique essentia est: & eius presentia, in qua sunt omnia, ipsius cognitio est: nec tamen omnia quæ sunt in eius presentia vel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si enim diceretur, intelligerentur esse eiusdem cum Deo essentia. In Deo enim dicitur esse per essentiam, quod est diuina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se in presentia sua, quæ non habet in sui natura. Unde Aug. de verbis Apostoli ita ait: Elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt: nec erat qui elegit, nec vane eligit. Eligit tamen, & habet Electos quos creatur est eligendos: quos habuit apud semetipsum non in natura sua, sed in presentia sua. Nondum erant quibus promittebatur: sed & ipsi promissi sunt, quibus promittebatur. Ecce hic aperte dicit Deum apud semetipsum habere electos ante mundi constitutionem non in natura sua, sed in presentia sua: cum tamen eius presentia non aliud sit quam eius natura, quia ipsius presentia eius non est notitia. Potest tamen ad electos referri, cum ait: In natura sua, id est, illorum. Illos quippe habuit ab æterno apud se, non in natura sua, id est, illorum, qui nondum erant: sed in sua presentia, quia eos ita nouit, ac si essent.

Quomodo
res sunt in
Deo.

Tom. 10.
Serm. 11. no
ioge à prin-
cipio.
Ephes. 1. a